

*119. Instrumentum
exsecutionis testamenti*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*119. Instrumentum
exsecutionis testamenti*

1426-07-02

(c. 397r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno nativitatis ipsius millesimo quatricentesimo vigesimo sexto, regnante serenissima domina Ioanna secunda Dei gratia regina Hierusalem et Sicilie, Dalmatie, Croatie, Lodomerie, Commanie <sic> et Mulgarieque <sic> regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno undecimo feliciter amen, die vigesimo secundo mensis iulii, sexte indictionis, in civitate Potentie.

1

Nos Iacobus de Bono Ioanne ipsius civitatis Potentie annalis iudex, Antonius de Mordente de Lavina puplicus ubique per provinciam <sic> Terre Laboris et comitatus Molisii, Principatus citra et ultra serras Montorii, et Basilicate reginali authoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati, tenore presentis publice donationis instrumenti fatemur, notumfacimus et testamur quod in nostri presentia constituti vir nobilis notarius Thomasius Strambus de dicta civitate et venerabilis vir domnus Baldaxar de Mordente canonicus Petrucius, ex parte una, et Nicolaus de Cantore, olim famulus et servitor dicti quondam cantoris Sancti Girardi, ex parte altera, ipsi quidem notarius Thomasius et domnus Baldaxar tamquam epitropi et ultimi distributores testamenti dicti quondam domni Andree cantoris asseruerunt pariter coram nobis quod idem quondam domnus Andreas cantor, in

In realtà al 1426 spettò la IV indizione, mentre l'XI anno di regno di Giovanna II cadde tra il 1423 e il 1425, a seconda del computo utilizzato. Non avendo dati certi a disposizione per procedere ad emendare, si è scelto di conservare l'anno riportato nel registro della Sommara.

ultimis constitutus, per testamentum supra conditum per eundem legaverat et dimiserat eidem Nicolao famulo suo, propter bona servitia legaliter sibi prestita dum vixit et servivit eidem, in representatione // (c. 397v) servitiorum ipsorum ipsi cantori prestitorum per eum, cantor ipse legavit et relaxavit eidem Nicolao famulo suo tumulos octo terrarum suarum in Refrido positarum et confinatarum iuxta viam de li Scaccillis, iuxta terras Sancti Girardi, iuxta vineam que fuit quondam Rogeri Carpinelli et iuxta terras beneficii que fuit supradicti domni Baldaxaris et alios confines et sacciam unam vine# sitam in tenimento dicte civitatis, iuxta vineam Antonelli de Vacigno sulco antoninii, iuxta vineam Mathie de Cagillo mediante sulco comuni, iuxta vineam Porcelli sulco comuni et palmentario comuni. Quinimmo volentes dicti notarius Tomasius et domnus Baldaxar episcopi qui supra volentes et affectantes servare et ad effectum reducere legata omnia que in dicto testamento continentur et legata sunt per dictum quondam cantorem et specialiter Nicolao famulo suo predicto pro eius prestitis servitiis ipsi cantori dum vixit in evo, coram nobis qui supra iudice, notario et testibus prefati notarius Thomasius et domnus Baldaxar distributores et episcopi predicti eidem Nicolao de Cantore presenti et recipienti pro se <et> suis heredibus predictos tumulos octo terrarum et predictos sogian vinere cum eorum confinibus voluntarie et sine dolo tradiderunt et assignaverunt ad habendum, tenendum et possidendum, vendendum, alienandum et de eis faciendum quicquid ipsi Nicolao deinceps et perpetuo placuerit faciendum. Post quamquidem assignationem factam et traditionem ipsi Nicolao de Cantore presenti // (c. 398r) et recipienti pro <se> et suis heredibus per prefatos notarium

Thomasium et dominum Baldaxerem distributores et episcopos testamenti dicti quondam cantoris de predictis tumulis octo terrarum et soczie vine# prelibate legatarum ipsi Nicolao per cantorem predictum et ad futuram memoriam dictorum episcoporum et cautelam et certitudinem ipsorum episcoporum superius notatorum, ipse Nicolaus de Cantore qui supra requisivit nos qui supra iudicem, notarium et testes subscriptos quod ad sui certitudinem et cautelam futuram heredumque suorum presens deberemus [confic]ere publicum instrumentum et ex quo vi[di]mus ipsum Nicolaum iuxta petere pro sui cautela et iusta petentibus non est denegandum assensus, exinde pro sui cautela factum est sibi per me predictum notarium presens publicum instrumentum, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et subscriptorum testium qui interfuerunt signis et subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

8

Così S per Laurino (da docc. coevi)

Così S per Potentinus

Così S per Andree (vedi in seguito)

Così S per recompensatione;

Così S per socciam

Così S per? anteriori

Così S per epitropi

6

9

10

11

12

13

Quod scripsi ego idem Antonius qui supra notarius qui premissis omnibus vocatus interfui et rogatus ipsumque solito et consueto signo signavi. Ego Iacobus de Bono Ioanne annalis iudexqui supra interfui et me subscripsi Ego domnus Lucas de Cioffo canonicus Potentinus testis interfui Ego domnus Antonellus de Bar(u)lo canonicus Potentinus testis sum Ego [Andreas] de Lauro testis sum Ego domnus Gulielmo de Mastico testis sum Signum crucis proprie manus Antonelli de Stampa testis qui interfuit scribere nescientis

14

Così S per epitropi
Così S per predictam socciam vinee
Così S per epitropos
Così S per epitroporum
Così S per epitroporum
Così S per? Marsico